UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

& Simoni Roderico. 194

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Visual Library

cum eo neceſſitudinem. Sciret quippe ille, haud nihil DEO ſe debere, quem condendo olim Societatis Collegio, deſignaſſet. At nondum coalita erat Societas: nec tamen fefellit. Nam longè poſt ipſe, eiuſque vxor Franciſca Magna, Collegium Medinę Campi fundârunt. 194 Quo tempore abiiſſe eum Vicentiâ diximus, vt M. Simonem in morbo fluctuantem inuiſeret: ſeceſſit in preces aliquamdiu; comite propter viam relicto. Atque ibi diuinitus de Simonis valetudine edoctus: Fabro comiti ſuo: æger iam, inquit, non morietur. Ita in oppidum ingreſſus, ægrum amplectitur: interque eos complexus, bonam habere mentem iubet. Nam hac tu, inquit, ægritudine non moriêre. Et cum dicto conualuit repente Simon: Quod hic alijs eſt ipſe faſſus: & ex Fabro poſteà

Laines accepit: qui rem deni-
que mihi aperuit. 195 Eo ipſo
in loco fluctuabatur Sociorum
vnus, deque mutando vitæ ge-
nere ſecum deliberabat, anceps,
vtrum duorum præſtaret, apud
anachoreten, qui in ſuburba-
no incolebat, degere: an cum
IGNATIO plurium ſaluti con-
ſulere. Iam eius conſilij capien-
di, ad hominem adibat: cùm ex
itinere, monſtris, ác neſcio qui-
bus ſpectrorum laruis exterritus,
ad IGNATIVM continuò recurrit.
Qui, arcano ſocij diuinitꝰ perſpe-
cto: ſubintranti MODICÆ, inquit,
fidei QVARE DVBITASTI? Atque
iis illi verbis, omnis fuit dubita-
tio exempta. Nam propoſitum
deinde tenuit, atque ad extre-
mum ſpiritum perſeuerauit. 196
Romæ Stephanus etiam Baroel-
lus homo Italus, recens in ſo-
cietatem adſcitus, vitæ iam